

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Iurid. Lipsiensis Ordinarii
Tractatio Synoptica Institutionum Iuris Iustinianearum
Theoretico-Practica**

Mencke, Lüder

Lipsiae, MDCCXXXV

VD18 11839880

Tit. XVII. Quibus Modis Testamenta Infirmitur.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18253

specialiter, vel generaliter suscipitur. §. VII. §. 7. I. h. J. b. j. §. 2. J. d. vulg. subst.

VI. Substitutio pupillaris evanescit Pubertate ejus, cui facta est Substitutio, in Masculo Anno 14. in Fœmina, 12. §. VIII. J. b. l. 7. ff. d. vulg. §. 8. I. h. & pup. subst. j. l. 4. C. qui testam. fac. poss. cum sibi Hæredem scribere Minores queant; nisi Testamento addita fuerit Clausula Codicillaris: tum enim in Vim Fideicommissi sustinetur, & substituto Hæreditas post Pubertatem, detracta Trebellianica, restituitur. a. §. f. J. d. pupill. subst. l. 17. l. 76. ff. ad SCt. Trebell. j. l. 29. §. 1. ff. qui testam. facere poss.

VII. Substitutio militaris s. compendiosa est, qua Miles ex Privilegio militari, etiamsi Testamentum sibi non faciat, l. 2. §. 1. ff. d. vulg. & pup. subst. cuivis Hæredi futuro substituit in Casum, quo ille Hæres defecerit. l. 6. C. d. testam. mil. l. 8. C. d. impub. & al. substit.

VIII. Substitutio fideicommissaria s. obliqua est, qua substituto Hæreditas vel ejus Pars tribuitur mediante Facto ejus, qui eam restituere rogatus est. §. IX. J. b. l. 76. ff. ad SCt. Treb. §. 9. I. h.

TIT. XVII.

Quibus Modis Testamenta Infir- mantur.

TESTAMENTUM jure factum, usque valet, donec rumpatur, irritumve fiat.

Quando testamentum dicatur rumpi. Primum de adoptione.

1. Rumpitur autem testamentum, cum in eodem statu

statu manente testatore, ipsius testamenti jus vitia-
tur. Si quis enim post factum testamentum ad-
optaverit sibi filium per Imperatorem, eum, qui est
sui juris: aut per Præto-rem, secundum nostram
* v. L. pen. * Constitutionem, eum, qui in potestate parentis
C de ad- fuerit: testamentum ejus rumpitur quasi agnatione
opt. sui heredis.

De posteriori testamento.

Ex Ulp. l. 2. Posteriore quoque testamento, quod jure per-
2. ff. d. in- fectum est, superius rumpitur: nec interest, extite-
justo ru- rit aliquis heres ex eo, an non: hoc enim solum spe-
pro, & c. ctatur, an aliquo casu existere potuerit. Ideoque
si quis aut noluerit heres esse, aut vivo testatore, aut
post mortem ejus, antequam hereditatem adiret,
decesserit, aut conditione, sub qua heres institutus
est, defectus sit: in his casibus paterfamilias inte-
status moritur. Nam & prius testamentum non valet,
ruptum a posteriore: & posterius æque nullas habet vi-
res, cum ex eo nemo heres extiterit.

De posteriore, in quo heres certæ rei institutus.

Ex Mar- 3. Sed si quis, priore testamento jure perfecto,
cian. l. 29. posterius æque jure fecerit: etiamsi ex certis rebus
ff. ad Sc. in eo heredem instituerit, superius tamen testamen-
Trell. tum sublatum esse, Divi Severus & Antoninus Au-
gusti rescripserunt. Cujus Constitutionis verba &
hic inferi jussimus, cum aliud quoque præterea in
ea Constitutione expressum sit. Imperatores Severus
& Antoninus Augusti, Coccejo Campano. Testamen-
tum secundo loco factum, licet in eo certarum rerum
heres scriptus sit, perinde jure valere, ac si rerum men-
tio facta non esset; sed & teneri heredem scriptum, ut
contentus rebus sibi datis, aut suppleta quarta ex Lege
Falcidia, hereditatem restituat his, qui in priore testa-
mento scripti fuerant, propter inserta fideicommissi
verba, quibus, ut valeret prius testamentum, expressum
est: dubitari non oportet. Et ruptum quidem testa-
mentum hoc modo efficitur.

De



De testamento irrito.

4. Alio autem modo testamenta jure facta infirmantur: veluti cum is, qui fecit testamentum, capite deminutus sit. Quod quibus modis accidat, primo libro retulimus.

Cur dicatur irritum.

5. Hoc autem casu irrita fieri testamenta dicuntur, cum alioqui & quæ rumpuntur, irrita fiant: & ea quæ statim ab initio non jure fiunt, irrita sint. Sed & ea, quæ jure facta sunt, & postea per capitis deminutionem irrita fiunt, possumus nihilominus rupta dicere. Sed quia sane commodius erat, singulas causas singulis appellationibus distingui; ideo quædam non jure facta dicuntur, quædam jure facta rumpi vel irrita fieri.

Quibus modis convalescat.

6. Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, quæ ab initio jure facta, per capitis deminutionem irrita facta sunt: nam si septem testium signis signata sunt, potest scriptus heres secundum tabulas testamenti bonorum possessionem agnoscere: si modo defunctus, & civis Romanus, & suæ potestatis mortis tempore fuerit. Nam si ideo irritum factum sit testamentum, quia civitatem, vel etiam libertatem, testator amisit, aut quia in adoptionem se dedit, & mortis tempore in adoptivi patris potestate sit: non potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere.

De nuda voluntate.

7. Ex eo autem solo non potest infirmari testamentum, quod postea testator id noluerit valere: usque adeo, ut si quis post factum prius testamentum, posterius facere cœperit, & aut mortalitate præventus, aut quia eum ejus rei pœnituit, id non perfecerit: Divi Pertinacis oratione cautum sit,
ne

ne alias tabulæ priores, jure factæ irritæ fiant, nisi sequentes jure ordinatæ & perfectæ fuerint: nam imperfectum testamentum sine dubio nullum est.

Si princeps litis causa, vel in testamento imperfecto institutus fuerit.

8. Eadem oratione expressit, non admissurum se hereditatem ejus, qui litis causa Principem reliquerit heredem, neque tabulas non legitime factas, in quibus ipse ob eam causam heres institutus erat, probaturum: neque ex nuda voce heredis nomen admissurum, neque ex ulla scriptura, cui juris auctoritas desit, aliquid adepturum. Secundum hæc Divi Severus & Antoninus sæpissime rescripserunt: *Licet enim (inquiunt) legibus soluti simus, attamen legibus vivimus.*

I.

§. 5. I. h. **T**estamentum nullum ab Initio non valet: §. V. J. b. Validum vero tollitur, quando rumpitur, aut irritum fit. PR. J. b.

Pr. I. h. II. Testamentum rumpitur, cum Testamento
§. 1. I. h. Jus vitiatum salvo Statu Testatoris; §. I. J. b. idque contingit 1) Agnatione sui Heredis, 2) Testamento posteriore Jure perfecto. Est autem Agnatio sui Heredis, quando post conditum Testamentum nascitur suus Heres, qui nec institutus nec exhæredatus est, l. 3. §. 3. ff. d. injust. rupt. irrit. fact. test. etiam hodie; ita resp. F. J. L. M. Dec. 705. eaque vel naturalis, cum is Actu naturali agnascitur, vel civilis, cum is Actu civili agnascitur. §. I. J. b. j. l. 10. C. d. adopt.

III. Testamentum rumpitur 2) Testamento posteriore Jure perfecto; licet in eo scriptus Hæres talis

talis factus non sit, §. II. *J. b.* aut ex certis Rebus §. 2. *I. h.*
institutus: §. III. *J. b. l. 1.* §. 4. *ff. l. 13. C. d. her.* §. 3. *I. h.*
inst. Nisi Testamentum Clausulam fideicom-
missariam complectatur de Hæreditate scriptis
in priore Testamento Hæredibus restituenda,
quo Casu Trebellianicam scriptus in posteriore
Testamento Hæres deducit. §. III. *J. b. j.* §. 5. 7.
J. ad Sc. Trebell. l. 11. C. ad Leg. Falc.

IV. Irritum fit Testamentum per Capitis De-
minutionem Testatoris, §. IV. *J. b.* sive maximam, §. 4. *I. h.*
amissa Libertate, l. 6. §. 5. ff. d. injust. rupt. irr. test.
v. g. per Captivitatem Turcicam; sive mediam,
amissa Civitate, *l. 6. §. 7. ff. eod. e. g. hodie,* Ban-
no Imperii; *O. C. P. 2. t. 9. §. 2.* sive minimam,
amisso Jure Familie, e. g. per Arrogationem,
§. VI. *J. b.* quod adhuc hodie obtinet: Datur ta- §. 6. *I. h.*
men ex Testamento irrito Bonorum Possessio se-
cundum Tabulas, quando Testamentum septem
Testium Signis signatum, & Testator Mortis Tem-
pore non est amplius Capite minutus, §. VI. *J. b.*
e. g. si Bannitus Imperii a Banno est absolutus.

V. Testamentum validum non tollitur posteriore
imperfecto, 1) sive Solemnitatis, §. II. *J. b.* sive Vo-
luntatis Intuitu imperfectum fit, quia nullum
est, Testamentumque prius nuda Voluntate revo-
cari nequit: §. VII. *J. b.* (a) Attamen coram tri- §. 7. *I. h.*
bus Testibus accedente Lapsu Decennii, quod
ex Tempore Testamenti conditi computatur:
Leg. 27. C. d. testam. nec non præsentibus 7. Testi-

(a) Imperfectum Testamentum sine dubio nullum est,
§. VII. *J. b.*

bis,

bus, *a. l. 35. ff. d. R. J.* aut judicialiter facta Revocatio valet; *j. Dec. El. 44. 2) Etiam si Princeps in eo Litis Causa* (qui etiam in Testamento perfecto ita recte non instituitur, *l. 91. ff. d. her. inst. a. h. §. VIII.*) vel Scripto solo, *l. nuda Voce*, citra legitimam Solennitatem, *Heres institutus sit*, quia *§. 8. I. h. Legibus hac in Parte cupit vivere. §. VIII. J. h. L. 23. ff. d. leg. 3. j. L. 31. ff. d. leg. (b) (c)*

TIT. XIIX.

*De inofficioso Testamento.**Ratio hujus querelæ.*

Ex Ulp. l. 1. §. 1. & Marc. l. 2. ff. hoc sit. **Q**uia plerumque parentes sine causa liberos suos exheredant vel omittunt; inductum est, ut de inofficioso testamento agere possint liberi, qui queruntur, aut inique se exheredatos, aut inique præteritos: hoc colore, quasi non sanæ mentis fuerint, cum testamentum ordinarent. Sed hoc dicitur, non quasi vere furiosus sit, sed recte quidem fecerit testamentum, non autem ex officio pietatis. Nam si vere furiosus sit, nullum testamentum est.

Qui de inofficioso agunt.

Ex Ulp. l. 1. hoc tit. **I.** Non autem *liberis* tantum permissum est, testamentum parentum inofficiosum accusare, verum etiam liberorum *parentibus*. *Soror* autem & *frater*, turpibus personis scriptis heredibus, ex sacris Constitutionibus prælati sunt. Non ergo contra omnes heredes agere possunt. Ultra fratres igitur & sorores cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes vincere.

(b) *Princeps Legibus solutus est. L. 31. ff. d. leg.*

(c) *Licet Princeps Legibus solutus sit, attamen Legibus saepe vivit. §. VIII. J. h. L. 23. ff. d. leg. 3.*

Qui